

Heinrich Rahn Henricus Stürenburgk


Disputatio Inauguralis Continens Synopsin Ordinis Iudicii

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766443140>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.
Z 16.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



25a

DISPUTATIO INAUGURALIS
Continens Synopsis
ORDINIS JUDICII,

Quam
AUSPICE DEO
Ex decreto & autoritate,
Nobilissimi & Amplissimi Jctorum
Ordinis, in antiqua & florentissima
Rosarum Academia,

PRÆSIDE
Viro Amplissimo, Consultissimo ac Excellentissimo
Dn. HENRICO RHANEN,
J.U.D. Prof. Publ. & Facultatis Juri-
dicæ p. r. Decano Spectabili, Promotore
& Præceptore suo honorando,

PRO LAUREA DOCTORALI
CONSEQUENDA,
Publica disquisitioni subiectis

HENRICUS STÜRENBURCK,
FRISO;
Ad diem 4. Julij, horis matutinis & pomeridianis.

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLII.



VIRIS

GENEROSO, MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS & EXPERIENTISSIMO,

DN. HERONI MAURITIO à CLOOSTER, IN DORNUMB & PETKUMB Hæreditario, Illustris: Comitis Frisæ Orient: per tractum Berumensem Satrapæ Meritissimo, Spectatissimo.

DN. ARNOLDO A BORARDT, J.U.D. ILLUSTRIS: ejusdem PRINCIPIS, CANCELLARIO, Gravissimo & Prudentissimo.

DN. PAULO BERENS, J.V.D. INCLUTI Dicasterij Frisæ Orient. vice PRÆSIDI Dignissimo, Jcto celeberrimo.

DN. GEORGIO BORCHERS, J.U.D. DICASTERII Frisæ Orient. ASSESSORI Gravissimo.

DN. FRANCISCO BESEN, MED. D. ARCHIATRO Illustris. Comitis Frisæ Orient: Felicissimo & Excellentissimo.

Dnn. Mæcenatibus & Promotoribus, omni, honoris observantia cultu, prosequendis.

Hanc INAUGURALEM DISPUTATIONEM, *officiosè & reverenter, offert ac dedicat*

HENRICUS Stürenburgk.





THESIS I.

Judicij vocabulum variè sumitur: nobis hîc est legitima litigantium coram Judice disceptatio.

II. Species & divisiones à variis causis variæ constitui possunt. A personis: vel est paganicum, vel est militare, quemadmodum etiam testamenta, delicta & crimina, pœnæ ac præmia, alia civilia seu paganica, alia militaria sunt, *t. t. de testam. milit. & de milit. ar. ff. & Cod. Rittershus. ad Nov. parte 9. c. 3. n. 5.* A causa efficiente: vel est ecclesiasticum vel seculare: Ecclesiasticum est, quod coram Judice ecclesiastico de causis ac rebus ecclesiæ peragitur *t. t. C. de episcop. audient.* Seclare est, quod coram Judice laico, de causis secularibus, & quidem inter personas seculares ventilatur *c. 4. X. de jud. c. 8. X. de foro competen.* Sunt tamen multi casus, quibus Judex laicus suam jurisdictionem adversus clericos exercere potest *Mynsing. 2. observ. 67. & vigore constit. pacis relig. in comit. August. 1555. promulgata.* A forma: aut est ordinarium, aut extraordinarium, *c. n. §. statuimus. & Gloss. ibid. X. de probat.* Ordinarium dicimus, quo secundum solemnem ordinem, à Jure præscriptum, proceditur. De quo *in l. 9. C. de Judic. l. 4. C. de sentent. & interloc. l. 1. & authent. seq. C. de lit. contest.* Extraordinarium est, quod summarie, sine solemnè judicij strepitu ac figura, procedit, quod & aliàs de plano procedere vocamus, *l. 9. §. 3. ff. de offic. procons. adde l. 3. §. 9. ff. ad exhibend.* Quæ autem sint summaria Judicia, vid. *Jacob. Schults observ. for. 13. per tot ubi 150. recenset, & Conrad. Rittersh. ad Nov. parte 9. c. 3. n. 17.* Ab objecto vel fine: aliud civile aliud criminale: civile est, quando agitur principaliter, ad commodum privatum, sive actio sit ex contractu, sive ex delicto *l. 9. §. 5. de public. & vetig. l. 42. pr. ff. de procurat. l. 17. §. 18. ff. de edil. edito. l. 2. §. 1. ff. de bonor. rapior.* Criminale est, quando principaliter ad commodum publicum, ex delicto tamen, sive ad vindictam publicam agitur *d. l. 9. §. 5. de public. & vetig. §. 10. Inst. de Injur.* Criminale iterum dividitur in publicum & privatum *t. t. Inst. de publ. judic. l. fin. ff. de privat. delict. l. fin. ff. de furt.* Publicum rursus vel capitale est, vel non capitale *§ 2. Inst. de publ. judic.*

A

III. Per-

III. Personæ necessariae & principales, sine quibus Judicium esse nequit, sunt Judex, Actor, Reus, l. 62. ff. de Judic. c. 10. vers. in omni negot. X. de V. S. Judices dare darive qui possint, vid. Treutler. de Judic. sb. 7. Actor (qui forum rei in agendo sequi debet l. 2. C. de Jurisd. l. fin. C. ubi in rem a Rio) est, qui petit & ad judicium prior provocat l. 13. l. 29. ff. de Judic. quantum ad ordinem Judiciorum servandum attinet, Wesemb. π. famil hercisc. n. 2. & uti possid. n. 5. Actoris verò vices aliquando supplet magistratus, quod fit in criminalibus causis inquirendo c. 24. X. de accusat. Reus est à quo petitur, d. c. 10. l. 5. & 6. C. de edend. l. 9. C. de probat. Naturà agere non possunt pupillus, infans, furiosus, mente captus, mutus & surdus simul t. t. ff. de postul. t. t. C. qui legitim. person. stand. l. 40. l. 124. §. 1. ff. de R. J. Lege prohibentur minores l. 2. C. qui legitim. person. §. in visi. Inst. de curator. prodigi l. 1. ff. de curator. furios. l. 1. C. eod. servi l. 6. cum. seq. C. de Judic. exceptis quibusdam casibus l. 53. ff. de Judic. Rei constitui possunt, qui non excipiuntur: excipiuntur autem quidam naturà, ut infans pupillus, nisi tutore auctore, furiosus, mente captus, mutus & surdus l. 1. §. 2. & l. seq. ff. de administr. tutor. l. 1. & seq. C. qui legit. person. l. 1. C. qui petans. tut. quoad pupillum tamen excipe actionem Judicati. l. 2. de administr. tutor. Quidam lege simpliciter, vel certo modo simpliciter ut servus d. l. 6. & seq. C. d. jud. l. 3. §. si servus ff. de pecul. item minor argum. l. 8. C. de auctor. prest. l. 4. C. si advers. rem Judic. l. 51. ff. de procurat. Certo modo prohibentur filii, quoad peculium profectitium & adventitium, hujus enim ususfructus ad patrem spectat l. ult. §. 3. de bon. que liber. etià eo casu, quò filios ususfructus relictus, is autem mortuus est, text. est singularis in l. ult. C. de usufr. Condemnato tamen filio executione fieri debere in peculio adventitio per l. 3. §. 11. ff. de pecul. statuit Petr. Costal. in l. 3. §. 4. ff. de minorib. De Actore & Reo hoc addo, quod Reus quoad merita causæ, ejusq; deductionem & probationem, favorabilior sit, quàm Actor l. 125. ff. de R. J. non autem quoad preparatoria judicij Gothofr. in not. ad l. 8. pr. ff. qui satisd. cog. Treutler. p. 1. Disp. 5. sb. 1. lit. b. ibiq; Bacchov. Costal. in l. 65. ff. de Judic. (vide tamen exceptionem apud Gloss. in l. 13. ff. de Judic.) & processum Judicarium ordinandum, ne in ipsius sit potestate, Judicium Magistratusq; auctoritatem deludere Dd. commun. Proinde non absurde Azo dixisse fertur: in initio magis favendum Actori, ut admittatur: in medio parem esse utriusq; rationem (in dubio tamen magis Reo favendum) ut veritas

crua-

eruat: in fine magis favendum Reo, ut in dubio potius absolvatur. Personæ accessoriae seu minus necessariae sunt, quibus Judicium suâ naturâ carere potest, & vel accedunt ad Judicem vel ad litigantes. Ad Judicem accedunt consultandi causa, ut Assessores, qui in Judicio judici assistunt, eumq; instruunt, unde & consiliarii vocantur *l. 1. C. de offic. assessor. l. 1. C. eod. Ordinat. Cam. p. 1. tit. 1. §. nemlich. r. 3. §. desgleichen & seq. t. 4. §. aus demselben.* qui etiam ob imperitiam suam, nedum dolum, si malè judicatum sit, tenentur. *l. 2. ff. quod quisq; Jur. in alium.* Quædam personæ ad Judicem accedunt, Judicij instruendi causa, ut Actuarii, qui in aulis Princip. hodiè appellantur Secretarii: olim dicebantur Cancellarii *l. 3. l. 5. C. de assessor.* Acta Judicij Actuarius, sine speciali Judicis consensu & mandato publicare, partibus copiam dare nec debet *Mynsing. in c. 11. X. de probat.* & si imperitè aliud, vel plus minusvé scripserit, quàm à partibus dictum sit, parti læsæ ad interesse tenetur *Rosbach. in process. judic. r. 8. n. 9. & seq.* errorem tamen hunc corrigere potest, antequam det partibus copiam. *Rosbach. d. loco.* Deinde Apparitores, qui sunt magistratuum ministri, eorumq; jussa exequentur, qui si sportularum plus debito à Reis exigant, quadruplo puniuntur, ut tamen simplicium damnum passo reddatur, tripulum verò arario inferatur *Nov. 124. c. 3. l. ult. C. de sportul. §. 25. Inst. de action. eam pœnam & hodie obtinere, ait Lind. Disput. de Action. th 105.* Ad litigantes accedunt interveniendo, principaliter, cum eos jus & interesse omnium maxime concernit, pro quo ad impediendum & removendum agentem vel defendentem intervenit. *l. 14. ff. de appellat. vel accessoriè, cum consequenter eorum interest, & tum unà cum principali agente vel defendente causæ assistunt Dd. in l. 63. ff. de re Judic. & in c. 17. X. de sentent. & re Judic. vid. Gail. 1. observ. 71 & 72.* Patrocinando litigantibus accedunt Advocati, quorum insigne encomium est *in l. 14. C. de advoc. diversor Judic.* imò quos meritum in foro nobilissimos facit *l. 7. C. de postul. & procuratores l. 1. ff. de procurat.* Advocatus bonam saltem causam defendendam suscipere debet *l. 14. §. 1. C. de Judic.* Sed pravus usus hic aliquando à lege divortium facit.

IV. Citatio est omnium actionum instituendarum principium *ff. in Inst. de pan. rem. litigant.* Eaq; est vel realis, vel verbalis, vel in scriptis fit. Observandum tamen hic est, quod realis fieri non possit nisi à majoribus judicibus, habentibus saltem mixtum imperium, vel ordi-

nariam Jurisdictionem, *Gail. 1. observ. 48. n. 13.* quod est limitandum in debitore fugitivo, quem privatus etiam capere, & tam diu retinere potest, donec eum iudicio sistat, quia fugæ periculum non patitur moram, & iudicis accessum, ejusq; iussum, ne interim debitor suspectus, magno debitoris malo, nequiter elabatur *l. 10. § 16. ff. de huiusmodi in fraud. creditor.* Realis citatio non habet locum in muliere, *Gail. de loco.* Citatio fit à competente vel incompetente Iudice, propterea nomen Iudicis continere debet, ut citatus cognoscere possit, utrum à competente Iudice sit citatus: in dubio tamen citatus comparere & incompetentiam Iudicis allegare tenetur *l. 3. ff. si quis in ius voc. non ier., l. 5. ff. de iud.* & ob alias tres causas, quas *d. loco* recenset *Gail.* etiam nomen citandi *c. 2. d. rescript. in sexto,* & ejus, qui eum citari curavit, ut de eo certus sit, secumq; deliberare possit, an cedere an v. contendere debeat *l. 1. ff. de edend. auct. offeratur. C. de lit. contest.* quod ibi autem de 20. dierum induciis dicitur, hoc ex iure Canon. arbitrarium est, Canonistæ commun. per *e. 15. X. de sentent. & re iudic.* quod usu fori, & in Camera teste *Gail.* receptum est. Causa, ob quam quis citatur citationi inferi debet, non tamen necesse est, ut inferatur copia libelli *Gail. 1. observ. 51. n. 1. & seqq. aliquot per Ordinat. Cam. p. 3. tit. 12. §. 3. & text. in l. 33. ff. de iudic.* Citatio Iudicij locum, item diem & terminum continere debet *Gail. 1. observ. 52. & 53.*

V. Cum citationem rectè sequatur missio in possessionem *Rittersh. lib. 5. diff. 6. 14.* eam hîc rectè inferimus. Si igitur reus legitimè citatus contumax sit lite contestatâ, contra ipsum juxta *l. 13. §. 3. C. de iudic.* in causa proceditur: lite verò non contestatâ, si præsentiam sui facere contemnit, ad missionem in ipsius bona Iudex transire consuevit *l. 19. ff. de in ius vocand. l. 9. vers. nam si ad. C. de bun. auct. iud. possid.* In Camera quid hoc casu obtineat, vide *Gail. 1. observ. 60. Mynsing. 5. observ. 68. n. 2. ordinat. Cam. p. 3. t. 15. §. begeben sich aber.*

VI. Cognitionem Iudicis remorantur exceptiones incompetentiæ & recusationis, quæ ante litem contestatam omnium primæ sunt opponendæ *l. pen. & ult. C. de except. l. fin. C. de sentent. & interloc. l. 52. in pr. ff. de iudic.* quia si opponitur alia dilatoria, censetur prorogari Iudicis iurisdictio *Marant. par. 4. diff. 12. n. 11. Rittersh. ad Nov. p. 9. c. 6. n. 106. Mynsing. 4. observ. 59.* nisi de novo supervenerit talis recusationis exceptio, de qua notoriè & evidenter constat, eam de novo supervenisse,

nisse, tunc enim in quacunq; litis parte obijci potest, etiam post conclusionem, *Mynsing. d. loc. c. insinuante. 25. de offic. & potest. Judic. Gail. 1. observ. 33. n. 11.* ubi & aliam vide limitationem. Suspectum regulariter Judicem faciunt ea, quæ testem suspectum reddunt *Gail. d. l. n. 9. in fin.* Judex vero competens est, vel ratione domicilij, vel contractus, vel delicti, vel rei sitæ, vel deniq; continentix causæ. *c. ult. X. de foro compet. Gail. 1. observ. 32. Bachov. ad Treut. de Judic. th. 10. Frid. Mind. tr. de continent. caus. c. 4.* Propositâ recufatione, ea quæ ulterius à Judice geruntur, ipso Jure nulla sunt. *Gail. de observ. 33. n. 12.* De recufatione Judex cognoscere non potest, super incompetentia potest *Gail. 1. obs. 34. n. 1. 6. 7. & 8.* De Jure enim Civili statim, propositâ recufatione, arbitri eliguntur, qui de ipso negotio principali cognoscunt, adeò, ut statim suspendatur officium Judicis. Jure vero Canon. post recufationem non desinit esse Judex, nisi postquam arbitri justam recufationis causam esse pronunciaverint *Castr. in l. 16. C. de Jud. Bach. ad Tr. de Jud. th. 12. in fin. Rittersb. tr. diff. lib. 5. c. 8.*

VII. De forma judicij jam dispiciendum est. Est autem forma Judicij ordo & solennitas, & consistit partim in cognitionum ordine. Judex enim regulariter operam dabit, ut prius criminalis quàm civilis, *in fin. C. de ord. Jud. præjudicialis seu status, quam hæreditatis l. 1. l. 2. C. d. 1. possessionis quam proprietatis causa (per modum scl. cumulationis proponi non possunt Bach. d. l.) l. 37. ff. de Jud. l. 3. C. de interd. disceptetur.* Unde consequens puto, pendente possessorio, cumulative agi petitorio non posse *perl. 13. C. de R. V.* quod maxime est intelligendum de interdicto retinendæ: aliud fortè dicendum de interdictis adipiscendæ & recuperandæ, in his enim facilius admittitur possessorij cum petitorio concursus; non enim sunt tam contraria remedia, quin sese compatiantur, cum utraq; sicut ipsum quoq; petitorium, dentur non possidenti *Bach. d. l. Rittersb. lib. 5. diff. jur. c. 2. c. 10. de caus. poss. & propriet. c. 2. eod. Gail. 1. observ. 63. n. 2.* de petitorio & possessorio vid. eleganter disserentem *Reinck. de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 4. c. 19. n. 70. usq; ad n. 78.* Partim etiam judicij forma consistit in solennitate actuum & terminorum Judicialium, quorum ordo servandus *l. 4. C. de sentent. & inter l. ubi gloss. & l. 14. C. de pactis:* non tantum in civilibus, sed etiam in criminalibus *c. 3. ibi, postquam crimen ordinæ fuerit probatum. X. de fimon.*



VIII. Processibus ita impetratis, & peractâ citatione, Actor libellum suum, summam causæ & petitionis complectentem (siquidem processus per libellum supplicem petiti sunt) iudici offert, & per illum parti adversæ, *auth. offeratur C. de litiâ contest. Scotan. exam. Jurid. de libell.* ut deliberet, cedere, an contendere consultius sit *d. auth. offeratur*. Sollicitè etiam animadvertat, an & ipse aliquam adversus agentem habeat actionem, ut urgentem in eodem iudicio reconventionem urgere vicissim possit *l. 14. junct. Auth. si consequenter. C. de sentent. & interloc.* (quam tamen *d. l. 14.* non rectè subjectam esse, autumat Præceptor meus, Dn. Wiffembachius Prof. Acad. Franeg. clariss. *tr. de Erroribus Irneri tb. 29. l. 2. § 5.* ubi tamen excipiuntur actiones injuriarum, furti & damni Injuræ) *l. 22. ff. de Jud. Ord. Cam. p. 3. tit. 30. p. tot.* Etiam si Actor huic foro aliàs subjectus non esset *Wiffemb. d. tr. tb. 31* Reconventio tamen ante, vel statim post litis contestationem est proponenda, & cum conventionem simultaneo processu, eodemq; iudicij ordine & figurâ procedit, contrarium tamen de Jure Civili videtur per *l. 1. §. ult. qui sentent. sine appell.* Sin post litis contestationem ante conclusionem instituta sit, Reus beneficio simultanei processus non gaudet, *Rittersb. in expos. Nov. p. 9. c. 17. Ord. Cam. par. 3. tit. 30.* In criminalibus non habet locum *l. 5. ff. de publ. jud.* nisi accusatus suam, suorumq; injuriam reconveniendò & reaccusando persequatur per, *l. neganda. 19. C. de hiis qui accus. non poss.* Item ut exceptiones, si quas habet, dilatorias antelitem contestatam proponat *Wes. par. in fin. ff. uti possid. c. 20. X. de sent. & re Judic.* quod tamen regulariter verum est, propter, *l. 24. C. de procurat. & l. 2. si à non compt. jud.* Peremptorias verò regulariter post litis contestationem: regulariter itidem hîc dico, quia exceptio rei iudicatæ, jurisjurandi, transactionis & præscriptionis litis ingressum impediunt *arg. c. 1. d. litiâ cont. in 6. l. 3. §. 16. ff. ad exhib. l. 2. ff. de Jurejur. l. 9. C. de præscript. longè temp. Scotan. in exam. Jurid. de Except. Sicbard. ad l. 19. C. de probat. n. 3.* Cauti tamen Advocati, exceptionem peremptoriam quando opponunt, initio causatum disertè protestantur, se eam opponere in vim dilatoriæ: quæ protestatio hoc operatur, ut etiam si quis cogatur contestari litem, illam eandem tamen exceptionem ante litem contestatam dilatoriè oppositam, possit quandoq; ante sententiam in vim peremptoriæ nihilominus opponere, hanc cautelam tradit *Sicbard. ad l. unic. C. de litiâ contest. n. ult. in fin.*
Quæ-

Quænam verò sint exceptiones dilatoriæ & peremptoriæ constat ex §. 9. & 10. *Inst. de except.*

IX. Coguntur etiam quandoq; partes, ne Judicium fiat elusivum, utriusq; satisficere. Actor quidem (Reus enim negat se respondere teneri, antequam sufficienter ab Actore sit satisfidatum *Bach. ad Tr. d. except. th. 4. in fin.*) De Jure novo in causa civili, non solum de persequenda lite, *Nov. 112. c. 2. Auth. generaliter. C. de Episc. & Cleric. Ord. Cam. p. 3. tit. 49 §. fin.* Sed etiam de eadem intra duos menses contestanda *d. Nov. & Auth.* quod de consuetudine tamen non observari ait *gloss l. 3. §. 1. ff. de minor.* melius tamen esset, si retentum fuisset, vel adhuc in usum revocaretur, ad expediendas tantò citius lites, quæ magno Reipublicæ incommodo, & privatorum perniciæ, hodie protelantur *Rittersh. ad Nov. p. 9 c. 13. n. 4.* In criminali causa Accusator ad inscriptionem tenetur *t. C. de accus. & inscript.* Hodie hoc non practicatur, sed Accusator eousq; detinetur, donec de persequenda, & intra præfixum tempus probanda accusatione, aut casu, quo id non fiat, expensis solvendis, & resarcienda injuria idoneam cautionem præstiterit *cons. crim. Carol. 5. art. 12. junct. art. 14.* Aliter reus satisfidat: ille enim si ipse agat, hodie tantum Judicio sisti cavet: si per procuratorem, Judicium solvi satisfidat §. 2. & 4. *Inst. de satisfidat.* quod & in criminalibus levioribus recipitur *l. 3. ff. de custod. reor.* Ubi probabiliter dubitatur de mandato, ibi in electione procuratoris est, ut aut mandatum sibi esse probet, aut de rato caveat *Tr. d. procur. th. 7. lit. h.*

X. Quia verò satisfidationem exigendo vel præstando non videtur litem contestari *l. 52. §. ult. ff. de Jud. l. 15. rem rat. hab.* videamus igitur nunc de liti contestatione; quæ est principalis negotii apud Judicem facta narratio, & ad eum facta responsio. Effectus ejus est, ut actiones, quæ aliàs tempore vel morte rei peritura fuissent, judicio inclusæ maneat salvæ, & peragantur, licet postea earum dies extiterit, vel reus decesserit *Bach. d. l. th. 2. lit. d.* Item post eam libellum mutare amplius non licet (ita praxis observat, secus tamen est de Jure civili *Auth. Matb. disp. 16.* Lex & usus pugnant *th. 17. & 18. per l. edita C. de edend. §. fin. minus Inst. de act. Gail 1. observ. 74. n. 8.* Etiam si partium consensus accedat, quia est actus Judicij substantialis, quæ partium consensu tolli nequit *Gail. d. l.* Post litem contest. procurator etiam litis fit domi-

dominus, aliumq; procuratorem substituere potest, l. 22. l. 23. C. de procur. Rittersb. lib. 5. differ. c. 24. Ante litis contest. res non pertinet ad officium Judicis l. 25. S. item 8 ff. de edilit. edicto. Facta jam litis contest. regulariter unâ vel utraq; parte exigente juramentû calumniæ præstatur t. t. C. de Juram. propt. calumn. dando. Gail. 1. obs. 84. n. 1. observ. 85. n. 1. ejus capita vid. in Auth. in isto. & Auth. princip. C. eod. ord. Cam. p. 1. tit. 65. Licet autem hoc juramentum exactum expressè remitti non possit l. 2. §. 4. C. d. t. omitti tamen & ita tacitè remitti potest. per text. Jur. Can. c. 1. §. propter omisum. de juramen. calumn. in 6. Gail. d. obs. 84. num. 2. & d. observ. 85. Hoc juramentum etiam per procuratorem præstari potest c. 6. & 7. X. de juram. calumn. c. ult. eod. in 6. quod & in Camera receptum esse ostendit all. tit. 65. par. 1. An hoc ante, an v. post litis contestationem sit præstandum, videtur aliqua inter Legistas & Canonistas esse differentia; sed hæc nulla erit, si secundum Sichard. in rubr. C. de Juram. Calumn. num. 1. & 2. utrumq; jus intelligas. Quod si hoc Juramentum exactum, et non præstitum sit, processus in Cam. ob id non annullatur, maximè eo casu, quo pars, quæ tale juramentum exegit, judice ad ulteriora procedente, non appellavit, sed causam usq; ad conclusionem persecuta sit: quia in Cam. vigore ordinationis, nullitates processus, si aliàs ex actis de meritis cause judici constet, non attenduntur Gail. 1. obs. 84. num. 3. & 4. Contrarium aliàs tenet Sichard. d. l. num. 11. ubi hoc pro singulari cautela notat. Juramentum hoc in criminalibus à reo non præstatur, quia aliàs manifesta præberetur perjurio occasio Bachov. ad Tr. p. 1. disp. 21. th. 4. & propter alias rationes, quas adducit prægnantes Rittersb. lib. 5. diff. c. 18. ubi tamen de Jure Canon. aliud statuit. Ab Actore omninò præstandum est Bach. d. l. diff. Rittersb. d. l. Jus Can. addit juramentum, quod vocant Malitiæ, & de Veritate dicenda c. 1. & 2. de Juram. calumn. in 6. de illo vid. Gail. 1. obs. 87. de hoc Sichard. ad rubr. C. de Jurejur. propter cal. num. 7. utrumq; ignorat Jus Civ. Rittersb. dict. c. 18. in pr.

XI. Posthæc, priusquam ad probationes deveniat Actor, positiones intra terminum à Judice datum, mediante Juramento (quod practici Dandorum appellant) offert. Clem. saepe 2. circa med. de V. S. c. dudum § 4. S. partibus ergo d. elect. c. un. X. de litis contest. Ex stylo Cam. libellus articulatus exhibetur, ut lis desuper contestetur Gail. 1. observ. 79. n. 3. qui lite contestata, & juramento calumniæ præstito, loco positio-
num

num & articulorum quamprimùm repetitur *Gail. 1. obser. 79. n. 3. Mynsing. 5. observ. 88. n. 7.* Positionibus oblati, Reus mediante Juramento (quod Respondendorum vocant) clarè & simpliciter, per verbum credo, vel non credo, respondere tenetur *Ord. Cam. p. 2. tit. 71. & seq. p. 3. tit. 15. in pr. S. zum andern/ vers. durch das Wort/ Glaub wahr.* Valer tamen etiam responsio per relationem facta, v. gr. ajo, ut in instrumento, super hac re confecto, continetur, dummodo instrumenti in positionibus mentio fiat, *arg. l. fin. C. d. fals. caus. log. adject. Myns. 1. obs. 86.* ubi in fine tales responsiones in Cam. sæpius admittas esse testatur. Similiter Actor Reo ad articulos defensionales respondere tenetur, sive incontinenti, sive ex intervallo editi, responsionib. sint adjuncti. Poena autem non respondentis, tam articulis Actoris positionalibus, quam Rei defensionalibus, est, quod in Civilibus pro confessis acceptentur. Articuli verò Impertinentes non admittuntur, æquissimâ hac ratione, ne malitiosè, & in adversæ partis præjudicium, lis protrahatur: si manifestè & evidenter tales sunt, non admitti debent, etiamsi clausula illa (salvo Jure impertinentium) adjecta sit. *Gail. 1. obs. 81. n. 2.* In dubio verò, utrum sint relevantes, nec ne, cum clausula illa admittuntur. *Gail. d. obs. 81. n. 9. & 14. Ubi n. 12. duplicem dictæ clausulæ tribuit effectum.*

XII. Responsionem proximè subsequitur probatio, per instrumenta vel testes facianda, quæ indubitata probatio appellatur *in l. n. C. de fid. instrum.* Possent & aliæ (ut juramentum, confessio, præsumptio) addi probationum species; sed cum hæc magis à probatione relevent, quam probent, propriè probationes dici non possunt. *Alciat. de præsumpt. in pr. p. 3. n. 2. Wes. par. ff. de probat. n. 4.* Probatio regulariter Actori incumbit, *except. vid. in l. 5. ff. de probat. l. 9. l. 12. l. 18. §. 1. l. 19. in pr. eod. l. 1. ff. de except. utraq; facienda est intra terminum dilatorium, qui tam de Jure civili, l. 1. C. de dilat. quam de Jure Canon, c. inducia. 4. vers. spatium. c. 3. Quest. 3. nec non de Jure Cam. p. 3. tit. 16. §. was aber die. arbitrio Judicis committitur.* An autem sufficiat intra terminum probationis articulos & nomina testium obtulisse, eosq; jurasse; an verò requiratur, ut probatio plenariè fiat, queritur? Prius verum putat *Myns. 6. obs. 57. per tot.* Eorum enim subsecuta depositio referenda est ad diem, quo jurarunt. *Idem eodem. l.* Materia probationis sunt facta, *l. 16. C. de prob.* nam quæ Juris sunt, non egent probatione, *Wes. par. ff. eod.* cum per se Judicis pateant ac nota sint. Unde in Curia Gallia, Advocatis jura allegantibus, dicunt: Venite ad factum, curia novit Jura. *Myns. 5. obs. 88. n. ult.*

B

XIII. Te-

XIII. Testibus productis, & utriusq; partis articulis Judici traditis, Judex testibus juramentum de veritate, ad utriusq; partis articulos dicenda imponit, *l. 9. C. de testib.* Eoq; præstito, ad quemlibet articulum sigillatim, absentibus testibus reliquis, diligenter examinat, atq; interrogat, quod examen testium alteri in civilibus, non verò in criminalibus, committi potest *l. 3. §. 3. ff. de testib. Aurb. apud eloquentissimam C. de fide instrum. Gail. 1. obs. 96. n. 1. & 10.* quo facto, judex cuiq; testium silentium, sub pæna præstiti juramenti, imponit, ne ipsi attestations suas ante publicationem patefaciant, & tunc, si testis ante publicationem quid prodiderit, competenti pæna à Judice plectetur *c. 3. §. qui falso vel variè. caus. 4. quest. 3. Rosbach. in prax. civ. tit. 58. n. 24.*

XIV. Examine testium finito, & renunciatione, de ulteriori testium productione, factà, Judex partibus, ad id citatis, ad petitionem productionis *c. 30. X. de testib. c. 2. c. 25. eod.* testium attestations publicat, quod non est de substantia processus, *Gail. 1. obs. 105. n. 1. Myns. 4. obs. 52. n. 2.* Publicatis attestationsibus, earumve copià partibus concessà, intra terminum, à Judice datum, exceptiones contra testes producuntur; quod de generali Germaniæ consuetudine observatur. *Math. Cöler. 87. de except. c. 1. Gail. d. l. n. 8.* contra Jus Canon. quod *in c. 31. X. de test.* tum demum admittit ejusmodi exceptiones post publicationem attestationsum, si excipiens juramento firmaverit, quod ad hoc ex malitia non procedat, vel si de eo ante publicationem protestatus sit, vel deniq; si docere possit, se nunc primùm de testis qualitate certiore esse factum. Sed hæc solennitates, uti non in *Cam. Imp. test. Gail. 1. obs. 87. n. 5. & 6. & obs. 105. in fr.* ita nec alibi observantur, ut jam dictum, adde *Rittersh. lib. 5. differ. c. 21. circ. fin.* Excipitur autem vel contra testium personas, quod v. g. sint infames *can. 9. caus. 3. quest. 5. l. 13. & seqq. de testib.* Perjuri *c. 9. caus. 3. quest. 5.* Perjurus enim, etiam in negotio diverso, nunquam ad jurandum admittitur, utcunq; pœnitentiam egerit *Myns. 3. obs. 58.* sive inimici capitales *l. 3. in pr. ff. de testib.* quia inimici facilè mentiuntur *l. v. §. 24. ff. d. quest.* Vel excipitur contra eorum dicta, puta quod sint contraria. De quibus *Wes. in par. de testib. n. ult.* Vel contra formam examinis & depositionis, puta quod testis non juraverit *l. 9. C. de testib. c. 39. c. 51. X. eod.* Quod non fuerit jejunis *c. 1. eod.* hoc verò magis jam honestatis, quam necessitatis est *Wes. par. d. l.* Huc annecti potest, quod aliquando, approbante scil. Judice in causis civilibus (secus enim criminalibus *per l. fin. C. de proba*

probat. Schult. in addit. ad Matth. Coler. decis. 122 n. 16. & (seqq.) Actor etiam nihil probavit, Reo Juramentum litis decisorium ante, vel post litis-contestationem l. 13. sub fin. C. de reb. cred. c. fin. X. de Jurejur. deferre possit, quod is aut praestare, aut solvere, aut deferenti referre, tenetur. l. 34. § 6. & 7. ff. de Jurejur. Sententia super hoc juramento lata de jure Civ. per l. 12. §. 1. l. pen. & ult. ff. de Jurejur. per appellationem suspendi, nequit. l. 9 §. 1. C. de reb. c. red. Contrarium tamen dictum in Cam. testatur Myns. cent. 2. obs. 14. Aliud est juramentum quod Judex in supplementum probationis, Actori, vel Reo semiplenè probanti, deferit l. 31. ff. de Jurejur. Cum autem JCrus Ulpianus in l. 8. ff. de condit. Insti. dicat, nonnullos hominum ad jurandum faciles esse contemptu religionis: alios verò perquam timidus metu divini Numinis, usq; ad superstitionem; juramentis, reor, non promiscuè, ut cibus, sed parcè, ut condimentis, utendum esse. Ideoq; delatio Juramenti locum non habet, nisi is, qui deferit, probabilem aliquam, justamve causam pro se habeat. Costal. in pr. ff. de Jurejur. Cosbm. respons. 102. Wesf. par. de testib. in fin. Lindem. disp. de action. th. 59.

XV. Hasce probationes sequitur conclusio causæ, omnium scilicet (non Juris, Myns. 6. obs. 56.) allegationum renunciatio, totiusq; causæ, ad definiendum, submissio: Ord. Cam. p. 3. t. 21. 22. 23. c. 9. X. de fid. instrum. quæ, etsi non est de substantia processus, fallit tamen hoc in Camera, in qua nulla sententia publicatur, ne interlocutoria quidem, nisi in causa legitime conclusum sit, Gail. 1. obs. 107. n. 1. Probationes post eam non admittuntur, fallit tamen hoc in Judice, is enim potest ex officio conclusionem rescindere, ulterioremq; probationem partibus injungere, c. 10. X. de fid. Instrum. Ga l. d. l. n. 5. & 6. In criminalibus, quoad Reum, non concluditur per l. 13. §. 9. ff. de quest. Gail. d. obs. n. 11. Mynsing. 3. obs. 17. n. 13. Si verò alterutra pars concludere nolit, Judex ex officio causam, pro conclusa acceptare potest Nov. us. c. sed & hoc 2. Auth. jubemus C. de Jud. Myns. d. obs. n. 14.

XVI. Conclusionem factà, Judex acta legit, lecta considerat, de iis consultat, dein sententiam concipit, quæ certa esse debet, vel per se, vel per relationem. Bach. ad Tr. de re jud. th. 3. lit. a. etiam si de incerta quantitate apud eum actum sit. §. 32. Inst. de Action. t. t. C. de sent. quæ fin. cert. quant. In hereditatis verò petitione etiam sententia incerta valet l. 7. ibiq; Goth. ff. si pars her. petat. ut & in alternativa obligatione §. 33. Inst. de Action. Bach. d. l. in fin. Sententia vero vel

est Interlocutoria, vel Definitiva: Illam Judex regulariter revocare potest
Gail. 1. obs. 81. n. 16. Hæc absolutiõnem, vel condemnationem continere
debet *l. 1. l. 3. ff. de re jud.* in caus. tamen appellat: sufficit, Judicem per
verbum, infirmo vel confirmo, pronunciare *Bach. ad Tr. de re Jud. th. 2.
lit. a per l. 6. in fin. pr. C. de appellat.* Libello debet esse conformis *l. 18. ff.
commun. divid. l. fin. C. de fideic. libert.* (hoc tamen non crasè, sed cum
grano salis, est accipiendum: non quasi semper totum, quod petitur,
adjudicandum, & reus condemnandus esset, sed hæc ejus mens est,
quod Judex extra libelli metas judicare, & vagari non possit, quod o-
stenditur in *d. l. 18. §. 1. licet Heli. vers. tunc v. X. de Simon.*) Hinc rectè
infert *Gail. 1. obs. 66. n. 1.* sententiam latam super inepto libello esse
nullam, Etenim cum extra libellum fieri nequeat, ineptam eam esse
consequitur. Non injusta *e. 9. X. de sens. & re jud.* vel per injuriam,
lata *l. 16. §. 6. ff. de pignor. scil. de æquitate, aliàs de stricto jure fecus l. 65.
§. 2. ff. ad Trebell. l. 13. ff. quibus modis pign. solv.* Non pugnans cum le-
gibus & constitutionibus *l. 32. ff. de re judic.* ex qua tamen infert *Bachov.
d. l. th. 5. lit. a.* Judicis ignorantis, se contra constitutiones judicare,
sententiam non esse ipso jure nullam, sed appellatione opus esse. Idem
est, si Judex pronunciat contra Jus, non in thesi, sed in hypothesi, cujus
distinctionis exempla sunt in *l. 2. C. quando prov. non est necess. item in l. 1.
§. 2. qua sent. sine appell. & in l. 27. ff. de re jud.* Ei autem, quod dixi sen-
tentiam libello conformem esse debere, non obstat, quod Judex ea,
quæ defunt partium advocatis, aliquando supplet *l. r. C. ut qua de-
sunt adv. pars.* quæ salutaris constitutio, nisi esset introducta, magno
detrimento aliquando partibus advocatorum imperitia foret, uti
exempl. vides apud Nob. vir Joan. à Sand. *decis. Fris. l. 4. tit. 8.
definit. 9.* Ad sententiam itaq; d. modo conceptam, audiendam,
partes citentur *e. 34. X. de testib.* In Cam: Imp: semel tantum ad
totam causam fit citatio *Myns. 3. obs. 71. Gail. 1. obs. 109. n. 3.*
Eaque rursus impugnatur per nullitatem, si contineat errorem calculi
Sich. in l. un. C. de error. calc. n. 1. & 6. aut judex per gratiam, seu sordes
eam dixerit *l. 7. C. quando prov. non est necess.* vel ex falsis testimonijs seu
instrumentis, ut vult *Lassus in l. 33. ff. de re judic.* Cui in hoc contradicit
Gloss. in d. l. 33: quæ tamen vult, restitutionem fieri debere intra quadri-
ennium. Quod non probo ex hoc fundamento, quod in *d. l. 33. l. pen. C.
de transact. l. 11. ff. de except. l. 1. 3. & 4. C. si ex fals. instrum. traditur,* sen-
tentiam scil. retractari, & executionem Judicati suspendi, si quis, illata
quæstio.

quaestione & crimine falsi, instrumenta falsa fuisse, probaverit: ideoque quamdiu licet conqueri de falso, tam diu non obstabit rei judic. exceptio; atqui Jure nostro viginti annis de falso queri licet *l. 12. C. de fals.* Ergo. Item si non ipse Judex, sed alius sententiam concepit, *fin. de sentent. & re judic. in 6. Socin. regul. 249.* Nullitas per modum exceptionis in Judicium deducta, & in incontinenti probata, impedit executionem. *Gail. 1. obs. 113. n. 2. & ad 30. annos, à die latae sententiae proponi potest, uti, receptum testatur idem Gail. 1. obs. 127. n. 8. p. 6. inter caeteras. de sent. & re jud. vid. eund. obs. 135.* Vel impugnetur sententia lata per appellationem. *c. 2. Clem. de sent. & re jud.* Inter caeteros v. casus hic excipe, nisi res fuerit sorte finita, tunc enim non datur appellatio, quia à sententia fortunae non appellatur, in hoc enim mundo non habet superiorem, cujus dux Deus est, ut ex *Sen.* refert *Bald. & Schneidvv. ad §. optionis 23. Inst. de legat. n. 4. Lind. Diss. ad illum tit.* Item appellatio prohibita est circa causam futurorum alimentorum *Sichard. ad l. 8. C. de transact.* Appellans Judici, à quo, non faciat convitium, sed modestè appellet, idque sub poena infamiae, & alia arbitraria, *text. est ad lit. in l. 42. ff. de injur. l. 8. ff. de appell. Rittersh. ad Nov. p. 10. c. 7. n. 12.*

XVII. Appellatio fit à minore Judice ad majorem, tam viva voce, in continenti *l. litigatoribus. 14. C. de appellat.* quàm in scriptis intra decem dierum spacium *Nov. 32. c. 1. Auth. bodie. C. de appellat. c. 15. X. de sent. & re jud. c. 32. X. de elect. c. 36. v. mandamus X. de testibus.* Petitio Apostolorum, sine quibus olim non subsistebat appellatio, *juxt. l. 6. §. fin. C. de Appell. Clem. quamvis rigor eod. præcisè in eà non requiritur. Ord. Cam. p. 2. tit. 30. in pr. Myns. 2. obs. 26. Gail. 1. obs. 139 in fin.* Ex Jure Cam. 6. menses ad introducendam Appellationem conceduntur, *Ord. Cam. p. 2. tit. 30. §. damit auct. cum seq. junct. §. vnd also / Gail. 1. obs. 140. n. 3. illiq. currere incipiunt, non à die latae sententiae, sed à tempore interpositae appellationis, Gail. d. obs. n. 2.* sic quoque fatale persequendae & finiendae appellationis, quod est de Jure Civilis, & Canon. annus, vel, legitimo impedimento interveniente, biennium. *Dd. in Auth. Ei qui l. ult. §. si hodie etiam 4. de temp. & repar. appell. c. 5. c. 57. vers. licet igitur. X. de appellat. Clem. sicut. 3. eodem. in Camera non observatur, Gail. 1. obs. 141. n. 7. Myns. 2. obs. 48.* In criminalibus, in quibus poena corporis afflictiva infligenda venit, de Jure Civ. admittitur appellatio; secus de jure hodierno; & in veterata Germaniae consuetudine, *Recess. Imp. Aug. d. Anno 1530. post med. §. item als jetzt etliche Zeit her von Peinlichen Sachen / Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. item nachdem auct. nisi in processu nullitas commissa sit. Ord.*

Cam. per alleg. loc. Mynsing. 2. obs. 89 Cent. 4. obs. 41. Gail. 1. obs. 1. n. 27. & seq. & in tr. de pace publ. c. 20. n. 30. & seq.

XIIX. Appellatione interposita, iudex superior, ad quem est provocatum, ad iudicem a quo, emittit, una cum citatione, inhibitionem, ne scil. ad executionem procedatur, aut quid, pendente appellatione, attentetur *c. 3. §. si v. cum seq. de appell. in 6.* etiam si Iudex, a quo, appellationi detulerit, abundans enim cautela non nocet *c. 5. de appell. in 6. l. 17. C. de testam. l. non solent ff. d. R. J. Gail. 1. obs. 144. n. 3.* Compulsoriales etiam decernit, ad edenda & exhibenda acta prioris instantiæ, quorum copiam appellanti, sub sigillo judiciali, edere tenetur *l. 2. ubi Dd. commun. C. d. edend. De compulsorialibus, vide Ord. Cam. p. 2. tit. 31. §. Es soll auch ferner / Et hæc ita se habent, sive a sententia definitiva sit appellatum, sive ab interlocutoria, quæ vim definitivæ, aut gravamen irreparabile continet, arg. l. 7. sed & si. 2. sub fin. ff. de minorib. l. 2. ff. de appell. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. §. vnd so von bey verheilen / & p. 3. tit. 31. §. vnd so ferne Reichs Abscheid. de Ann. 1594. §. die inhibitiones. Myns. 3. obs. 87. n. 7. & obs. seq.*

XIX. Appellationis beneficio simile est beneficium Revisionis saluberrimum, quo etiam parti læsæ succurritur, *Ord. Cam. p. 3. tit. 51. junct. 53.* Ut & iudicio Syndicatus, *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. §. 6. & ult.* Hoc iudicio litigator, qui iniquam sententiam se gravatum dicit, ipsosmet iudices de dolo, quod scil. muneribus corrupti, aut precio, vel prece conducti, favoreq; aut odio adducti, injustam sententiam dixerint, accusat, *Ord. Cam. d. l. §. ob sich aber aus der Partheyen vorbringen & §. wo aber etliche Parthey vermeinet.* Hoc beneficium in *Cam* eodem, quo Revisionis impetratur, modo præall. loc. *Vid. de his remed. Gail. 1. obs. 153. cum duabus seq.* Olim Iudices seu officiales in provincias missi, officio finito ibidem, per 50. dies manere, & in publicis locis versari, cogebantur, ut semper libera esset eos conveniendi, & de criminibus, durante officio commissis, accusandi facultas *l. un. C. ut omnes iud. Nov. 8. c. 9. Lind. 1b. s. de oblig. quæ qu. ex delicto.* Iudicis malè judicantis poena est, ut in civilibus causis ad expensas, & totum interesse partis teneatur *l. filius. 15. ff. de iud. & amissa dignitate, vel cingulo infamis efficiatur. l. fin. C. de pæn. iud. qui malè iudic. & insuper, si quid eo nomine accepit, ut malè pronunciarer, parti læsæ in triplum dati; si quid promissum saltem est, in duplum promissis condemnatur. Nov. 124. c. 2. in pr. Auth. novo iure. C. de pæn. iud. qui malè iud.* Jure Can. verò per annum tantum suspenditur ab officio.

ficio, & parti laesa ad æstimationem litis tenetur *c. 1. de sent. & re jud. in 6. Rittersh. lib. 5. diff. c. 9.* In criminalibus verò, omnibus bonis confiscatis, in exilium ire jubetur *d. c. 2. & d. Auth.* In dubio tamen Judex qui malè judicavit, per ignorantiam potius, quam per dolum malè judicasse præsumitur, *argum. l. 65 §. 2. ibi per errorem. vel etiam ambitiosè. ff. ad Trebell.* est etiam text. *in d. l. filius. 15. ff. de jud.* ubi dicitur, tùm denum dolo malo Judicem videri judicare, si evidens arguatur ejus vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes.

XX. Si litigantes sententiæ adquiescunt, hæc omnia non sunt necessaria, sed post decem dies transit in rem judicatam, *Nov. 23. c. 1. Nov. 119. c. 5. Auth. hodie. C. de Appell.* Nec rescindi regulariter potest, *t. t. C. sent. resc. non posse.* nec pro parte valere, & non valere potest *l. in hoc jud. C. famil. excisc. (vid. tu. l. 29 §. 1 ff de minor.) & adde Gail. 1. obs. 110. n. 5. Co. stat. in l. ult. ff. de Jurid. Fach. 1. c. 52.* ubi ait, rei judicatæ tantam esse, autoritatem, ut rescindi non possit, etiamsi postea constet, nihil deberi, nec repeti potest, quod indebitè solutum est; autoritate rei judicatæ, *l. 29. §. 5 ff. mand. l. 1. C. de cond. indeb.* tenetur tamen, propter calliditatem suam, creditor stellionatus crimjne *d. s. in omnibus.* Nec sub prætextu instrumentorum pôst repertorum, calculi, vel computationis prætextu, retractari potest, *l. 2. l. 4. C. de re jud. Fach. d. l. Lun. C. de error. calc.* Nisi quis noviter reperiat instrumenta, quæ prius ex justa causa, & probabili ignorantia, producere non potuit, *argum. l. 1 ff. ex quib. caus. major. l. 10. §. 3. in fin. ff. de edend: casus plures exceptos, vide remissivè apud Tr. de re jud. th. 5. lit. d.* Res judicata pro veritate habetur, inter eos, inter quos judicatum est, alijs non præjudicat *l. 10. ff. de except. t. t. C. res inter alios act. c. pen. X. de sent. & re jud.* Sententia lata super Juramento suppletorio, nunquam abit in rem judicat. *l. 31. ff. de jurejur.* Item Jure Can. in causa matrimoniali *c. 7. ibiq. Gloss. & Canonista X. de sent. & re jud.* quo facit *c. 14. X. de probat. Andr. Gail. 1. obs. 112. n. 1. Vvesenb. par. de re jud. n. 8.*

XXI. Post rem judicatam, ad petitionem partis victricis, ad executionem proceditur, quæ à Judice Ordinario, vel mixtum saltem imperium habente, fieri debet *l. 15. in pr. ff. de re jud.* In actione reali, si res restitui potest, in continenti restituat; sed si possessor neget, se in præsentem restituere posse, & sine frustratione videatur tempus restituendi causa petere, ei indulgendum est: ut tamen de litis æstimatione caveat, cum fidejussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituerit *l. 2. Inst. de offic.*

offic. Jud. In personali post 4, menses l. 2. C. de usur. rei Jud. quod tempus in Cam. non observatur, *Andr. Gail. 1. obs. 113. n. 1.* sed potest arctari, & prorogari pro re nata, quod & videtur in Jure civ. fundatum, per l. 2. ff. de re jud. etiam in Jure Can. per c. 15. X. de sent. & re jud. Et habet aliàs illa sanctio suas exceptiones vid. *VVarmbs. observ. tit. 23. obs. 1. Bach. ad Tr. de depos. th. 7. lit. e.* Quid si reus rem petitam contumaciter restituere nolit? Potest Judex Actori deferre Juramentum in litem. l. 1. l. 8. l. 9. ff. de in lit. jur. In criminalibus quomodo executio fieri debeat, vid. *Const. crim. Car. V. Imp. art. 96. & seqq.*

XXII. Executionem rei judicatae sequitur jam executio expensarum, in quas regulariter victus victori, nisi victor contumaciter fuerit absens, seu per eremodicium contumax extiterit l. 13. §. 2. v. five, a. C. de jud. *Fach. 1. c. 40. Cujac. 9. obs. 22. Myns. 4. obs. 97.* condemnatur l. 79. ff. de Judic. c. 5. X. de dolo & contum. nisi etiam victus justam litigandi causam habuerit l. 78. §. 2. ff. de leg. 2. Non tamen in expensas omnes, quas Actor designat, judex victum condemnat; sed prius ex moderantur, & taxantur, superq; taxatis, victori juramentum deferre debet. *Nov. 82. c. 10. Auth. post jusjur. C. de Jud. vid. Ord. Cam. p. 1. r. 66. 67. 68. & par. 3. tit. 16. quod & in criminalibus observatur Const. crim. Carol. V. artic. 201. Vid. Treusl. de Jud. th. 16. lit. a. ibiq; Bachov. Recess Imp. de an. 1600. §. ob wöll aus/60. Gail. 1. obs. 151. n. 11, 12. & 2. & obs. 102. n. 11. per l. 13. §. 6. C. de Jud. l. 5. & l. ult. C. de fruct. & lit. exp. & l. ult. eod. Gail. 1. obs. 152. n. 1. Expensæ nō augent summam statutariam seu appellabilem, *Gloss. in l. 19. §. vel pone. ff. de Jurisd.* An judex victum in expensas, & fructus non petitos, condemnare possit, quaeritur? Affirmo cum *Gail. 1. obs. 115. n. 21. & Myns. 4. obs. 55.* ubi hoc in Cam. Imp. observari ajunt.*


XXIII. Finis Judicij est, ut lites autoritate Magistratus justè terminentur: Legibus enim & Judiciis compellendi sunt debitores, non armis, non savitio corporis, *Cujac. par. ad tit. C. uti a3. ab & cont. hered. ac:* Et non debet pati Prator, ad arma & rixam procedere eos, quos suâ jurisdictione componere potest l. 13. §. 3. ff. de usufr. *Wes. par. de jud. n. 15.*


XXIV. Hæc omnia licet apertius & perfectius quotidiano Judiciorum usu, ipsis rerum documentis, appareant, §. pen. *Inst. de sat. id.* tamen cum Scholæ Judiciorum seminaria sint, in iis id ferendum est, cujus fructum in foro expetimus, *Vigel. in prafat.*

Method. Juris Civ.

DEO GLORIA.

06 (0) 20





quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiae se infere-
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.
 1615. vagabundus quidam homo co-
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-
 cupans, & ex familia illustri Graecorum
 iactans, adjumeto intercessionu, quas
 te impetraverat, in plurimorum prin-
 s, & civitatibus ingentem pecuniae
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-
 no 1629. Mens. Martio foeminae cui-
 , ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-
 poenam temporalis relegationis in-
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-
 assumpto nomine Advocati cujus-
 ejus publice jactaverat, quem postea
 iudiae Senatus virgis coedi, & exilio
 tinent & huc exempla relata a *Valer*

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-
 nem suam mutat, & se pro alio suppo-
 ma apud Historicos aliosq; scripto-
 inter quae notissimum est illud Plau-
 pta forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut e bello rever-
 concubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4

